



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvum Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

11 Percussus percussorem detegens, si alter postea occidatur, quando irregularis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**

## DECISIO IV.

- 4 Irregularis in choro cum alijs canere, & alia officia facere, que laicus potest, actus tamen proprios ordinum exercere nequit, ex Nauar. in Man. c. 27. nu. 19. sola enim irregularitas separata ab excommunicatione, suspensione, & interdictione huiusmodi actuum exercitium etiam cum alijs, non impedit, qui non sunt proprii actus ordinum, qualis non sunt canere in choro, vel extra illum officia diuina recitare, cum hoc etiam laicis licitum sit.

## DECISIO V.

Ex cons. 4. alias 18. de rescrip.

- 5 Occidens voluntarie presbyterum, & per Inbilæum a peccato absoluto, si impetando dispensationem super irregularitate, dicit simpliciter sequendam hominem occidisse, non facta mentione, quod esset presbyter, dispensatio est nulla: Quia tacuit verum, non exprimendo satis specialiter delictum, quod de iure exprimendum erat: & quod expressum, Papam a concedenda dispensatione retraxisset, quod facit gratiam subreptis, ca. postulasti. & cap. super literis, de reit. & Nauar. in Man. cap. 22. num. 86.

## DECISIO V.

Ex cons. 5. in vtrisque.

- 5 Hæreticus mortiferè percussus veniens ad exercitum Catholicum dicens se esse Catholicum, & vnus ex Catholicis ex compassione dicens ei, melius esse, vt omnino sanari nequeat: Si ob eius dictum postea aliquo audiente occidatur saltem prius quam alius occideretur, Catholicus irregularis efficitur: cum huiusmodi dictum, tacita quædam cohortatio fuerit ad illum occidendum ex Nauar. in Man. c. 27. num. 215. Et dispensatus postea generaliter a Papa, eo quod interfuit bello iusto, in quo multi erant occisi, se inuante occisores, non censetur etiam in hac irregularitate dispensatus: Quia in narratione petitionis non expressit aliquid quod dici posset irregularis ob occisionem huius in specialibus.

## DECISIO VI.

Ex consil. 6. alias 15.

- 6 Regularis, qui intellectis quibusdam facinorosis delictis a Bannitis in patriam, & amicum perpetratis, ad eundem amicum consolatorias, & ad vindictam hortatorias literas scribit, ignorans tamen an ad eundem peruenierint, si deinde dicti Banniti ab illo amico occidantur, irregularis non est, dum modo literæ illæ que vindictam constabant solum in generali, & non in particulari, priuata auctoritate faciendam, aut non peruenierint ad eum, cui deseriptæ erant, vt causa iudicari possint secuti homicidij, alias non secuturi: in dubio autem reputare debet se irregularitatem non incurtere: sin vero eam incurterit non potest per Privilegium Eugenij I. V. concedentis facultatem superioribus suæ religionis dispensandi super irregularitate, ex homicidio proveniente, dispensari; cum tale Privilegium, nec summo Pœnitentario, nec legatis a latere concedatur, & huiusmodi Privilegia religiosis concessa post Eugenium I. V. restringuntur, vt irregularitatem ex homicidio voluntario contractam non comprehendant.

## DECISIO VII.

Ex cons. 7. alias 3.

- 7 Homicidium casuale ex ludo licito secutum, irregularitatem non facit, cap. Ioannes. de homicid. & Nauar. in Manu. cap. 27. num. 211. ex illicito autem irregularitatem parit, cap. continebatur, & cap. presbyterum de homicid.

## DECISIO VIII.

Ex cons. 8. alias 36.

- 8 Occidens alium pro sua defensione; sed non ob inuitabilem necessitatem, & proinde excedens modicam

men inculpatae tutelæ, irregularis efficitur, Clement. 1. de homicid. non tamen ea irregularitate, quæ provenit ex homicidio voluntario, & ex proposito, & indispensabili; unde eum eo ab ordinario dispensari potest, etiam ad ministrandum in factis ordinibus; cum Concilium Tridentinum sess. 14. ca. 7. de ref. de eo loquatur, qui eget dispensatione & consequenter de eo qui non occidit ob inuitabilem defendendi vitam necessitatem, quia talis nullatenus irregularis efficitur. Cle. 1. de homicid.

## DECISIO IX.

9. 12. dub. 1.  
Ex cons. 18. (alias) 12. dub. 2.

- 9 Monachus adiuuans Chirurghum volentem abscindere brachium putridum alterius Monachi pro corporis sanitate, irregularis non est; capi t. si quis a medicis dist. 55. Sicut nec ipse Chirurghus irregularis est, qui licet membrum illud abscindit, ita Nauar. in Man. cap. 27. num. 217. Monachus autem illud abscidens irregularis erit, cum Chirurghus officium sit illi prohibitum, cap. tua. de hom. & Pan. in cap. sententiam. Ne cler. vel Monachi fec. negot.

## DECISIO X.

- 10 Clericus etiam protestando coram iudice laico de fure se nolite eum pœna sanguinis puniri, sed tantum vt cogatur ad damnum illatum restituendum, & iniuriarum emendam faciendam, cap. Prælati. de homicid. in 6. Si postea indicet locum ubi fur comprehendi possit, & fur ibi comprehensus, & postea suspensus sit, irregularis erit, si fur non erat fugitiua persona; secus autem si fugitiuus erat, ita quod probabiliter crederetur, quod sententia contra eum lata parum profuisset, nisi persona detineretur: cum in hoc posteriori casu captura necessaria sit ad effectum sententiæ etiam ciuilitate lata non autem in priori, & ideo in priori euentu irregularis erit, non autem in posteriori.

## DECISIO XI.

10. 19.  
Ex consil. 12. (alias) 22.  
25 22

- 11 Percussus, & vulneratus percussoris nomen post aliquod tempus amico suo detegens, si postea amici iudicio percussor a iudice inuentus sit, & ab aliquo occisus, non est censendus percussus irregularis, cum detectio nominis eius non sit causa propinqua sed remota tantum mortis illius, quæ ad irregularitatem incurrendam non sufficit; cum homicidij tantum causa propinqua, & non remota irregularitatem pariat, cap. de occidendis. 23. q. 5. & glo. in cap. de cetero. de homicid. & Nauar. in Manu. cap. 27. num. 220. Nec dictum illud suapte natura, aut intentione proferentis in mortem illius sufficiens directum fuit, & ideo irregularitatem producere non censetur.

## DECISIO XII.

- 12 Mittens aliquem intentione mala; scilicet furandi aliquid, missio in via idem fulminis, aut alio casu occiso, mittens non fit irregularis; Quia licet missio illa in se esset illicita, & ex ea secuta sit mors, quatenus tamen illicita erat non dirigebatur sufficienter in illam, & mors non intenta secuta ex opere tunc solum quem irregularem fieri, quando opus illud illicitum eo respectu est tale, quod in illam dirigitur, ita patet ex Nauar. in Manu. cap. 27. num. 100.

## DECISIO XIII.

11 11  
Ex cons. 12. (alias) 8.  
2. 4

- 13 Pugnans in bello iusto pro iuste bellante, & non occidens, nec mutilans manibus suis, non est irregularis, etiam si multi ab vtraque parte occidantur, & etiam si aliquos percutiat, & alios occidens iuuet; dummodo ipse non occidat, nec mutilet, cap. penul. de homicid. & Panor. in